



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

Cap. IV. De quibusnam rebus solvatur Decima; & habet tres Quæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

re, qua veteres possidebant, non extenditur ultra dimidiam partem: limita tamen secus esse monachus Cisterciensibus, & Carthusiensibus num. 73.

- 74 Privilegia decimarum maxime novalium ubi capiunt nimis gravare Rectores, quomodo moderanda sint per locorum Ordinarios.
- 75 Religiosi etiam exempti decimas antiquas habent ex donatione laicorum, aut earum partem in aliquibus ecclesiis, non possunt pro eadem portione vel simili sine alia causa novales supervenientem exigere.
- 76 Remittens debitas sibi decimas, novales quoque remisisse videtur; dummodo remissio fiat legitime & secundum canonicas sanctiones, ac iusta causa. num. 77. & 78.
- 79 Praescribens decimas in uno loco, si fiant ibi novalia non habebit decimas novalium. Idem in percipiente decimas ex consuetudine. nu. 83.
- 80 Praescriptio non est sine possessione.
- 81 Praescriptio odiosa est, & restringenda.
- 82 Beneficium benigne est interpretandum.
- 84 Praescribens decimas in una parte fundi, percipiat quoque novalia in alia parte ejusdem fundi.
- 85 Possidens novalia per tempus immemorabile, illa praescribit, imo etiam si per 40. annos possideat cum titulo colorato, & num. seqq.
- 86 Novales decima eodem tempore praescribuntur, quae veteres.
- 88 Possessio an in novalibus admittatur.
- 89 Praescribens decimas in uno territorio, habebit quoque novalia improprie sumpta.

CAP. IV.

De quibusnam rebus solvatur Decima.

QUAERO PRIMO, De quibus frugibus ac fructibus seu proventibus debeat solvi decima?

PRIMO

PRIMA CONCLUSIO. De omnibus terræ fructibus, & proventibus † solvenda est: *tex. in c. non est, & c. nuncios, c. ex parte il. 2. & alius quamplurimis jur. eodē tit. de decimis*, plene tradit Henric. Boich. *c. pervenit, il. 3. eodem tit.* Marc. Mantua *consil. 1. numer. 31.* & Andr. Hispan. *in sapius alleg. reg. decima. versic. decimo sui interrogatus*; ubi recenset omnes fere fruges, ac fructus, ex quibus solvuntur decimæ.

Ex quo inferitur primo, ex omni frumento & grano † solvi decimam, *tex. cap. non est de decim. not. Rebus d. tract. q. 8. num. 3. Hispan. d. vers. num. 1.* Idem † in palea, *Rebus & Hispan. ibidem Abb. c. pervenit, de decim.* Ratio est, quia palea est in fructu, *l. adeo, § cum quis, ff. de acquir. rer. dom.* Secundo ex faba, † & aliis leguminibus, *tex. c. tertio, de decim. Rebus d. q. 5. num. 4. Hispan. ubi supra.* Tertio † ex nucibus, amygdalis, castaneis, & aliis fructibus arborum, *tex. in c. decima il. 1. q. 1. d. c. non est. & c. cum homines, de decim. not. Bertrand. cons. 247. volum. 3. Hispan. loco cit. Rebus d. q. 5. nu. 5.* Quarto ex sceno quod in fasciculos † alligatum redigitur, *tex. c. pervenit, eodem tit. not. Rebus d. q. 8. num. 9. Hispan. d. num. 1.* quod si herba crescat, solum pro pascuis jumetorum, tunc putoid faciendum, quod mox dicam de herbis hortorum, quæ crescunt ad vescendū. Quinto ex † lino, & canape, *Hispan. ibid. Rebus d. q. 8. num. 8.* idem est † de croco, *ut post Aufrer. q. 109. Anchar. in c. ad Apostolica, in 1. not. de decim. & Bocer. tradit Rebus d. q. 8. n. 8. & 3. & q. 13. n. 41.* Sexto † de vino, *tex. est in c. non est, eodem tit. idem † de oleo, & melle, in specie tenet Rebus d. q. 8. numer. 8. Hispan. loco cit.* Septimo † de hortis, *ut est tex. d. c. non est & not. Rebus d. q. 8. nu. 7. & 8. Hispan. d. num. 1.* Sed distinguendum est, nam aut horti sunt olitorii, in quibus tantum herbarum, ut caules, & alia olera crescunt vescendi gratia; & tunc ad usum Rectoris ex illa decima ita dari posset, ut hodie ex meo horto Curatus sumat, quantum sibi opus est illo die, & sic per singulos parochianos discurret, demum ad primum revertitur, *ut post lo. An. d. c.*

- peruenit, docet Rebuf. d. num. 7. aut illi horti continent fabas, vel alia legumina, tunc si in parua quantitate colliguntur, ita ut solum sufficiant ad quotidianum usum, idem dicendum, quod de caulibus, ac de aliis oleis; si autem in magna quantitate, ita ut aliis vendantur, tunc de iis integra decima solvetur, prout supra in 2. illatione de leguminibus diximus. Quod si
- 12 pius idem ager in anno fructus proferat, † toties decimæ solvendæ sunt, prout deciditur in c. ex parte, il. 2. de
- 13 decim. & not. Rebuf. d. num. 7. Octavo † de lignis, Ca. & alii d. c. peruenit, Rebuf. d. q. 8. num. 26. Hispan. d. num. 1. nimirum, ut ex decem fasciculis decimus solvatur Rectori illius parochiæ, ubi ligna creverunt.
- 14 Nono de pascuis, † hoc est, pastura jumentorum, quæ locatur vel venditur, c. commissum, ubi Abb. de decim. Rebuf. d. q. 8. num. 22. Hispan. d. num. 1. Card. clem. 1. n. 15. de decim. ubi dicit esse prædialem decimam. Deci-
- 15 mo de lacte, † lana, fœtu, & aliis fructibus animalium; sic interpretatur pascua, de quibus, in d. c. commissum, Jo. Andr. ibidem, quod de animalibus debeatur decima, tex. est d. c. non est, de decim. & in clem. 1. ubi Card.
- 16 q. 15 eodem. Solvitur autem hæc decima † illi ecclesiæ, in cujus parochia animalia pascunt & morantur, quod si in duabus pascant, vel in una jaceant & dormiant, in alia pascant, dividenda est, ut late & optime probat Rebuf. d. q. 8. nu. 11. & q. 6. num. 25. & 26. quod idem tenet S. Thom. d. q. 87. art. 3. & ibi Caj. Navar. consil. 1. num. 9. de decimis, volum. 1. licet aliter distinguat Card.
- 17 d. clem. 1. num. 15. & 16. quem videre poteris. Decima † lactis debetur ei ecclesiæ, ubi extrahitur, & caseorum illi, in qua fiunt, ut post Boer. tenet. Rebuf. d. q. 6. nu. 27. lanæ vero, & fœtus illi Curato, in cuius parochia nascuntur. Alia de his, sicut & de animalibus, videbis apud Rebuf. d. q. 6. & 8. & Navar. d. consil. 1. post nu. 6.
- 18 Undecimo † de apibus, seu fructu earum, hoc est, cera & melle solvitur decima, c. nuncios, eod. tit. vel de pecunia, quam ex melle, & cera habuerunt vendentes, Doct. d. c. nuncios, Rebuf. d. q. 8. nu. 15. solvi autem debet, ubi

aves consistunt, ut post Anchar. & Roffred. tradit Re-
 buf. loc. cit. Duodecimo † de venatione; habemus tex. 19
 in d. c. non est, ubi not. Innoc. Abb. & alii Rebuf. d. q. 8.
 nu. 15. ubi etiam dicunt, hanc esse decimam persona-
 lem: idem de piscatione † concludit ibidem Rebuf. 20
 & n. 10. sane de piscariis, ubi videlicet pisces ali solent,
 tex. habemus in c. pervenit, de decim. quod solvenda
 est, & quia prædialis videtur, solvenda erit illi ecclesie,
 ubi stagnum est; ut docet Rebuf. d. num. 10. De aucupio
 † quoque decima solvenda est, tum quia venatio quæ- 21
 dam est, tum quia cum fructu est, l. item si fundi §. sed
 si insula ff. de usufr. & ita concludit Rebuf. d. q. 8. num.
 17. & ante eum Anchar. d. c. non est, col. 2. Decimoter-
 tio de domibus, seu de earum pensione † solvi debet 22
 decima, c. pastoralis, & c. commissum, ubi Butr. & alii
 de decim. Rebuf. d. q. 8. num. 21. Hispan. d. num. 1. Idem
 si in agro † construatur domus, nam vel ejus pensionis 23
 decimam solvere debet dominus, vel eam saltem
 quam prius de agro solvebat, d. c. commissum, ubi Card.
 & alii, Rebuf. d. n. 21.

SECUNDA CONCLUSIO. De omni artificio † 24
 solvitur decima, tex. est in c. decima, 16. q. 1. ibi, de nego-
 tio & artificio solve decimas, ubi gloss. & Doct. Rebuf. d.
 q. 8. num. 19.

Unde infertur primo, quod de negotiatione † solvi- 25
 tur decima, text. d. c. non est, & c. pastoralis, de decim. un-
 de mercator solvere tenetur decimam de lucro, quod
 percipit in singulos annos, ut notant ibi Doct. Reb. d. q.
 8. n. 18, Hisp. d. n. 1. q. 10.

Secundo de militia, † seu captis in justo bello, tex. 26
 d. c. non est, imo de stipendiis, † quæ habent, ut not. ibi- 27
 dem Abb. & Rebuf. d. q. 8. num. 20. Imo cum doctores,
 & advocati dicantur militares, c. advocati, C. de advoc.
 div. iud. tenentur † & ipsi de collecta scholarum, & de 28
 advocacione solvere decimas, d. c. decima 16. q. 1. & not.
 gl. in c. decima, verbo, negotio, 16. q. 1. & in c. pastoralis,
 in verbo, quasi de lucro, Rebuf. d. tract. q. 12. n. 5. Hispan.
 d. q. 10. nu. 2. & d. q. 8. numero 20. Anchar. d. c. non est.

- 29 Idem in procuratore de procuratione, † & notario de
 30 scriptura, *Hispan. ibidem, d. q. 10. num. 2.* idem † de le-
 cro adventitio & profectio, *Rebus. d. q. 8. n. 2. Hispan.*
reg. decim. q. 12.
- 31 Tertio, mercenarius de mercede sua † solvere de-
 bet decimam, *gloss. loc. cit. per d. c. decim. Hisp. d. q. 10.*
nu. 1. Rebus sup. q. 5. num. 16. idem de institore quoad
 lucrum suum, post *Lugd. Hess. & Butr. probat Rebus. d.*
q. 5. num. 17.
- 32 Quarto, de futuris † quoq; decima solvitur, hoc est
 de commodo illorum sive in pane sive in pecunia sive
 in quavis alia re consistat, *Doct. d. c. pastoralis, & c. per-*
venit, eod. tit. Rebus. d. q. 8. num. 28.
- 33 Quinto, de lapidinis † decimæ solvuntur, ut docet
Io. And. & alii d. c. pervenit, non quod ex decem lapi-
 dibus detur unus, sed ex pecunia, quam inde quis lu-
 cratur, ecclesie ubi audit divina, decimam solvit, ut ibi
 34 *Io. An. & Rebus. d. q. 8. nu. 23. adnotavit.* Idem † dicitur
 de argenti, auri, aliorumque metallorum folli-
 nis, ut tradit *Io. An. Butr. & alii, d. c. pervenit, Rebus. d.*
q. 8. num. 24. Hispan. d. q. 10. nu. 1.
- 35 Sexto de molendinis † solvitur decima, ut si decem
 sextaria siliginis, tritici, aut alterius grani molendini
 nomine quis lucretur, tenetur unum pro decima sol-
 vere, *c. pervenit, eod. idem est in molendino ad ventum,*
c. ex transmissa, eod. tit. & in eo quod catena tenetur su-
per fluvio, ut in specie voluit Rebus. d. q. 8. num. 6. quod
 si pecunia pro molendini pensione solvatur, ex illa pe-
 cunia decima solvitur illi ecclesie, in qua situm est mo-
 lendinum, ut ibidem tradit *Rebus.* Et sic prædialis est
 juxta ea, quæ infra dicam *cap. 6.*
- TERTIA CONCLUSIO. Quamvis de omni lu-
 36 cro † solvatur decima, *c. ex transmissa, de decim. secus*
 37 tamen est † in legato, vel hereditate, sive ex testamen-
 to, sive ab intestato, sive in extraneum, sive in legiti-
 mum perveniat, ut voluit *gl. d. c. pastoralis. verb. quasi*
de lucro, Rebus. d. q. 8. nu. 31. quicquid in hoc distinxit
 38 *tit. alia gl. d. c. decima, verbo, negotio, 16. q. 1.* Imo † & ex
 immo-

immobilibus absolute non solvi decimam, voluit gloss. d. verbo, quasi de lucro, Turrecr. in d. c. decima, tributa, nu. 2. 16. q. 1. Guliel. Bened. in cap. Raynutius, in verbo, uxorem, nu. 256. de testam. Rebus d. num. 31. & 32. An vero de dote ecclesie, & prædiis ecclesiasticis solvatur decima, dicam inf. cap. seq. q. 1.

QUÆRO SECUNDO, An de illicite acquisitis solvatur decima.

PRIMA CONCLUSIO. Communis est resolutio, quod de prædialibus † solvenda est decima, quam se 39 quitur gl. d. c. decima, verb. negotio, ubi Turrecr. num. 5. & aliæ gl. d. c. extranmissa, verb. licite, hoc tit. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 2. Tynd. d. tract. num. 49. Rebus. tract. eod. q. 5. num. 18. Hispan. d. reg. decimarum, q. 3. num. 2. & q. 10. num. 4. & q. 11. num. 4. & 5. tum quia decima † se- 40 quitur quemlibet possessorem, sive justum, sive injustum, c. de terris, hoc tit. nostro, c. quanto, de usur. c. si vero, de sent. excom. tum quia secus, melioris esset conditionis prædo, quam bonæ fidei, & legitimus possessor, contra l. si à domino, §. ult. ff. de petit. hered. tertia ratio esse potest, quia ipse proventus fructuum, non venit exactione illicita, sed ex divina largitate, & opere, quo multiplicatur semen, ut annotavit Turrecr. d. n. 5. qui etiam n. 4. post Ray. & S. Thom. ait, † decimam deberi, 41 licet terra seminata sit furtivo semine.

SECUNDO CONCLUSIO. In personalibus decimis distinguendum est; aut enim in his illicite acquisitis, dominium transfertur in accipientem, nec competit solventi repetitio, & tunc debetur † decima, & sic me- 42 retrix, & histrio decimam † solvere debent, quod 43 idem est de iis, quæ ratione officii extorquentur, c. non sane, 14. q. 9. dominium enim in eos transfertur, sic concludunt gloss. cit. Petrus Royz. decis. 5. Lituan. num. 270. & Tyndar. d. tract. nu. 50. & Rebus. q. 5. nu. 18. dicit tamen ibidem gl. Royz. Tyndar. & Rebus. & S. Thom. d. q. 87. art. 2. quod ab illis non debet sacerdos decimam accipere, † ne eis videatur immunitatem præstare, & 44 in eorum peccatis communicare; poterit tamen, cum ii pcc.

- ii pœnitentiam egerint, ut iidem concludunt, quod monet etiã Innoc. d. c. ex transmissa, ne ab ecclesia despicere videantur. Aut dominium non transfertur, vel transferatur solventi datur repetitio, ut in simonia, & veniens, de simonia, & tunc † de talibus fieri non debet
- 45 eleemosyna. nec solvi decima, ut tradunt gloss & Doct. mox citati, quam gloss. sic distinguentem communiter approbatam esse à Doctõribus asserit Tyndar. ubi supra num. 52.
- 46 Unde inferitur primo, de captis in bello injusto solvi non posse decimam, ut in specie concludit Rebus d. tract. q. 8. num. 2. Hispan in d. reg. decim. q. 3. num. 4. Card. c. non est, de decim. Et ratio illa est, quia capta in huiusmodi bello obnoxia sunt restitutioni, c. sicut, il. 3. de iurejur. c. militare 2. 3. q. 1. & tradunt communiter summista, in verbo, bellum. Covar. in resect. reg. peccatum, 2. par. §. 1. 1. per totum, de reg. jur. in 6.
- 47 Secundo de usuris, aliisque per usuram acquisitis † solvi non posse decimam personalem, de ea enim nunc loquimur, ut tradit in terminis Tyndar. d. n. 52. Hispan. d. num. 4. & Petrus Royz. decis. 5. Lituan. num. 219. post al. os. Ratio est, quia licet in usuris dominium transferatur, † datur tamen repetitio, ut patet ex tex. in c. debitores, de iurejur. & late tradit inter ceteros Covar. d. 2. par. in princip. num. 3. & latius lib. 3. var. resol. c. 3. num. 6. secus tamen in fructibus prædiorum per usuram acquisitis, ut patet ex 1. concl. & in specie post alios Turri. d. c. decima, num. 2.
- 49 Tertio inferitur, ex rebus acquisitis à meretrice † solvendam esse decimam, ubi pœnitentiam egerit, sic concludunt Doct. omnes citati in princ. huius conclusionis, & præterea Card. d. c. ex transmissa, in fin. de decim. Ratio est, quia licet turpiter accipiat, transfertur tamen dominium, nec datur repetitio. Henr. Bosch. c. pervenit, de adul. S. Ant. 2. parte, tit. 2. c. 5. col. 2. Silvestr. in verbo, restitutio, 2. col. 2. Sot. li. 4. de iust. & iur. q. 7. art. 1. & alii, quos refert, & sequitur hanc eandem sententiam late comprobans Covar. d. 2. par. n. 1. & tribus seqq.

QUÆRO TERTIO, *An de novalibus solvenda sit decima, & quando?*

Præmitto, novale in genere sumtum † esse agrum nunc primum præcisum, ut loquitur *tex. in c. 1. de verb. sign.* sed quoniam adhuc aliqui dubitare poterant, quid proprie esset novale, dicentibus quibusdam, novale terram esse præcisam, quæ anno cessat, *juxta tex. in l. sylva cadua, s. pen. ff. de ver. sig.* alius vero quod sit sylva, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur, *per tex. in l. ultima, s. antep. ff. de term. annot.* Ideo Innoc. III. *in c. quid per novale de verb. sign.* definit, novale in materia præcipue privilegii decimalis dici agrum de novo ad culturam redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit, subdens quod neq; de agro inculto intelligendum est, sed de eo dumtaxat, qui vel modicum, vel nullum fructum afferebat. Unde inferitur, quod, ubi ex agro aliquo, aut terra aliquid, non modicum percipiebatur, ex eo nunc noviter ad culturam redacto † solvenda est decima, etiam ab habentibus privilegium novalium, *tex. est in c. commissum, ubi gloss. & Doct. de decim. Rebus. d. tract. q. 6. n. 4. & 35* Ratio est, quia illud non est novale, ut *gl. d. c. commissum, in verbo, pascuis adnotavit.* Plura de definitione novalium videre potes apud Doct. *in d. c. 1. in c. quid per novale, & in l. si novale, ff. de verb. sign.* His præmissis erit.

PRIMA CONCLUSIO. Ubi nullum concessum sit privilegium decimæ, solvi debent † etiam de novalibus; patet primo ex *c. non est, de decim. c. qui nos, &c. omnes decima, 16. q. 1.* & aliis juribus, in quibus habetur, quod de omnibus bonis, fructibus, & proventibus solvi debent decimæ Secundo ex *cap. cum contingat, de decim.* ubi aperte definitur, decimas novalium, sicut alias, ad ecclesiam parochialem pertinere. Regulariter vero debentur † novalia parochiæ, in cujus finibus surgunt: *tex. d. c. cum contingat, & c. quoniam de decim.* quod si novalia † apparent inter duas parochias, & nescitur, intra quam illarum, quia ignorantur limites, tunc

tunc

tunc inter illas fiet divisio, *ut voluit Henr. Boich. c. per
venit, colum. 1. de decim. vel Episcopus, cui voluerit
iudicio suo concedit, ut voluit Rebuf. d. tract. q. 14. nu. 1.*
*per c. quoniam, de decim. ubi habetur, quod tunc Episcopus
secundum discretionem à Deo sibi datam, vel
alii ecclesie deputare, vel ad opus suum retinere debet.*

55 si vero limites quoquo modo apparent, † pro modo
& portione limitum, cuiuslibet earum parochiarum de-
bent assignari, *sic disponit idem cap. quoniam, & nota-
vit Rebuf. d. q. 14. num. 14.*

56 SECUNDA CONCLUSIO. Religiosi omnes † sunt
exempti privilegio in iure scripto à solutione decimarum
de novalibus, quæ propriis manibus, seu sumptibus ex-
colunt, sicut post Adrianum concessit Alex. III. *in c. de
parte, il. 1. de decim. ubi Doct. omnes, Rebuf. d. tract. de de-*

57 *cim. q. 14. nu. 45. Idem est † in templariis, & hospita-
riis, ut colligitur ex tex. d. c. ex parte, & aperte tenet gloss.
c. licet, eodem tit. & Rebuf. d. num. 45.*

Declara tamen primo, hanc conclusionem non pro-
58 cedere, † ubi novalia ab iisdem exemptis aliis tradantur
excolenda, ut ex eodem tex. colligitur, ibi, *propriis ma-
nibus, & clarius loquitur tex. in c. licet, eodem tit. & nota-
vit Rebuf. d. q. 14. num. 17.*

59 Secundo declara, nisi pacto expresso † ad hoc tene-
antur, *tex. c. multiplici, eodem tit. not. gloss. d. c. ex parte,
verbo, laborum. Rebuf. ibidem, num. 53. Lel. Zanch. de
privil. eccl. priv. 120. nu. 13. post Guid. Papa. decis. 207.*

60 Tertio, nisi solvendo † tacite renunciaverint privi-
legio suo, *c. accedentibus, & c. si de terra, de privileg. &
not. Rebuf. d. q. 14. n. 54.*

61 Quarto, nisi olim † ecclesia inde haberet emolu-
mentum, aut inde postea enormiter læderetur, *c. dilectis
& c. suggestu. & c. commissum, de dec. & c. quid per no-
vale, de verb. sign. & facit c. apostolica, de donat. notat
gloss. à verbo, laborum, & Rebuf. d. q. 14. num. 46. & 55.*
Sicque exponendum ex cap. ult. de privileg. ubi dispo-
nitur, quod privilegium super exemptione decimarum

62 à novalibus † perpetuum est, intelligendum enim est,
nisi

nisi incipiat esse iniquum, propter magnam ecclesiæ
laxationem, prout exponit gloss. fin. d. c. quid per novale.

Quinto declara, secus esse † de conductis, text. d. c. 63
dilecti, not. gl. d. verbo, laborum, Rebus. d. q. 14. num. 52.

Sexto, secus de possessionibus † noviter acquisitis, 64
Scilicet, post Lateranen. Conc. generale, c. nuper, de de-
cim. quod fuit celebratum, anno domini 1215. ut ibi ait
gloss. 1. & late probat Rebus. in concord. rubr. de approbat.
convent per Later. Conc. fact. in princ. & nos aliquid di-
cemus cap. seq. q. 3. concl. 2.

TERTIA CONCLUSIO. Privilegium concessum
ecclesiasticis decimas alienæ parochiæ percipiendi,
comprehendit † etiam novalia, tex. est in c. ex parte, il. 65
3. de decim. quem ita intelligit gl. ibi, & in c. cum con-
tingat, eod. ubi Doct. magis communiter: licet Panor.
d. c. ex parte, magis placeat ille intellectus, quod illud
privilegium concessum fuerit ecclesiasticæ personæ,
non quidē de percipiendis, sed de non solvendis deci-
mis; cui accedere videtur Rebus. d. q. 14. nu. 28. qui ta-
men intellectus parum congruit literæ, ut patet con-
sideranti, nisi velimus accedere intellectui, quem alio
quodam expulso affert Rebus. d. q. 14. n. 7. & 8. ubi ex
integra decretali desumpta ex antiqua Honorii com-
pilatione, ostendit, illud non fuisse privilegium, sed
concessionem decimarum & novalium factam Re-
ctori parochiæ, cui de jure comperunt, ex eo quod E-
piscopus Novariens. dicta novalia cuidam canonico
concesserat, ut ibi per eum. Illud ergo constitutum sit
privilegium, concessum ecclesiasticis personis perci-
piendi decimas, novalia etiam comprehendere, cum
& hæc sit communis opinio, ut testatur Covar. libro. 1.
var. resol. c. 17. nu. 13. & tex. sit apertus, in d. c. ex parte;
secus vero dicendum est † de hujusmodi privilegio 66
laicis concessio, etiam si in feudum sint data decimæ,
ut est text. in c. tua, il. 1. §. ult. ubi gloss. & Doct. de decim.
quo modo etiam intelligendus est similis tex. in c. 2. §.
1. de decim. in 6. Quamvis Collect. d. c. cum contingat,
Anchar. d. c. ex parte, il. 3. & Fortunius Gafius, in l. Gal-
lus.

lus, §. & quid sit tantum, colum. 6. ff. de lib. & post. quibus
referunt & sequuntur Covar. d. c. 17. num. 13. & Rebus
d. q. 14. num. 29. mordicus tueantur etiam privilegium
ecclesiasticis concessum de percipiendis alienis decimis,
non extendi ad novalia, dicentes, textum illum
in c. ex parte, il. procedere speciali quadam ratione
quod ibi fiat mentio de privilegio concessio iis, qui
bus de jure communi, & ordinario decimæ compe-
tunt, licet ab eis jus eas percipiendi præscriptione,
reve speciali sublatum sit.

QUARTA CONCLUSIO. Privilegium non sol-
67 vendi decimas † ad novalia non extenditur, Butr.
tua, il. 1. col. ult. de decim. Sot. cons. 297. vis privilegii
col. 1. & per totum vol. 2. Rebus. d. q. 14. nu. 30. secus ac-
68 tem erit, † ubi privilegium illud solum fuit de no-
solvendis decimis, de laboribus propriis, nam tunc
extenditur ad novalia, quia intelligitur tam de præ-
sentibus, quam futuris laboribus, c. ad audientiam, de
decim. neque per hoc magnum præjudicium paratur
ecclesiis parochialibus, juxta tex. in c. quid per novalia
de verb. sig. Atque ita in specie hanc sententiam tueri
Rebus. d. q. 14. num. 28.

QUINTA CONCLUSIO. Privilegium non solven-
69 di decimas novalium, intelligendum est † de iis novali-
libus, in quibus alter non habet tempore datæ immu-
nitatis quasi possessionem juris percipiendi decimas
ut est tex. in c. dudum, quod est antepen. de privil. & in
statuto, in princ. de decim. in 6. & hoc, ne fiat illi præ-
judicium præter concedentis intentionem, ut ex textu
colligitur, d. c. dudum, & ibi adnot. gloss. fin. Idem vero
dicendum est, ubi novalia essent tempore impetrati
privilegii profcissa, seu, ut alii loquuntur, facta, & ea
eis alteri debita decimæ fuissent; tunc enim cessat il-
lud privilegium, ut ex communi resolvit Abb. d. c. du-
dum, quem sequuntur Rebus. d. q. 14. nu. 33. & Covar. d.
c. 17. num. fin.

SEXTA CONCLUSIO. Privilegium aliquibus con-
cedens decimas novalium, pro ea parte, qua veteres
possi-

possidebant, † non extenditur ad alias decimas, nec 70
 ad alia loca, sed ad eam tantum partem, in qua veteres
 possidebant, *c. statuto, in princ. de decim. in 6.* quare
 is, qui novalium decimas petit in vim illius privilegii,
 probare debet, se tempore indulgi veteres decimas ha-
 buisse, vel partem, pro qua petit, teneri probare, se
 possedisse, alias succumbit, *ut not. ibi gloss. & Rebus. d.*
q. 14. nu. 34. Si tamen probaret † se possedisse per tem- 71
 pus immemorabile mediam, vel aliam partem veterum,
 & adhuc se possidere, tunc præsumeretur, quod
 tempore indulgi illam partem possedisset, *per ea, qua*
late tradit Balb. tract. de præscript. lib. 2. 3. par. princ. q. 6.
& Rebus. d. q. 14. nu. 35. Hoc vero privilegium decimarum
 novalium limitatum ad mensuram antiquarum, † non extenditur ultra dimidiam partem decima- 72
 rum, etiam si amplius in veteribus haberetur; quia non
 est verisimile, quod si tunc de plena & integra percep-
 tione veterum fuisset expressum, Apostolica sedes
 pariter novalium decimas in tam grave parochialium
 ecclesiarum dispendium indulgisset, *prout loquitur, &*
decidit Alex. quartus, d. c. statuto, §. statuimus, de decim.
6. ubi gloss. & Doct. quod tamen † non habet locum in 73
 monachis Cisterciensibus, & Carthusiensibus, *prout*
excipit Pontifex, in d. §. in fine, si enim percipiunt inte-
 gram vel plusquam dimidiam decimarum antiqua-
 rum vigore talis indulgi, tantundem quoque habebunt
 in novalibus, *ut ibi Io. Andr. & Gemin. adnotavit.* De-
 bent tamen † locorum ordinarii, ubi per huiusmodi 74
 decimarum concessionem parochiales ecclesie adeo
 gravantur, quod earum rectores de ipsarum redditibus
 congrue sustentari, & commode jura Episcopalia
 exhibere non possunt, providere, quod eisdem rectoribus
 tantum de illarum proventibus relinquatur, quod
 exinde competentem sustentationem habere, & Episcopalia
 jura solvere valeant, aliaque onera debita sup-
 portare, *prout loquitur & exponit tex. d. c. statuto, §. ubi*
autem.

SEPTIMA CONCLUSIO. Religiosi etiam exem-

M

ti in

75 ti in aliquibus parochiis decimas antiquas, aut earum partem habentes ex donatione laicorum, † non sunt pro eadem, vel simili portione nouales superuenientes sine alia rationabili causa percipere aut perire, ut deciditur d. c. *statusum*, §. *fin.* & ibi not. Gemini alii: facit etiam c. *cum contingat*, de *decim.* Et hoc grave fiat præjudicium parochiali ecclesiæ, d. §. *statusum*.

OCTAVA CONCLUSIO. Remittens decimas debitas, † nouales quoque remisisse videtur, 76 in c. *quia circa*, de *privil.* & ibi Io. Andr. Abb. antiq. alii. Ratio illa est, quia in beneficiis plenissima fit interpretatio, ut ibi dicitur, & c. *dilecti*, & c. *pastoralis*, donat. c. *olim*, de *verb. sig.* & in l. *ult.* ff. de *constit. prelat.*

77 Hoc autem † intelligendum est, dummodo remissio legitime fiat, & ut ait ibi Pontifex, secundum canonicas sanctiones, hoc est, ut non sit in enorme detrimentum ecclesiæ, ut ibi ait gloss per tex. in c. *Apostolica*, de 78 *donat.* & quod fiat † ex causa necessitatis, utilitatis, vel pietatis, ut ibidem not. Innoc. Host. & Io. An.

NONA CONCLUSIO. Si monasterium, vel extraneus Curatus præscripserit decimam in uno loco, 79 fiant ibi novalia, decimas † novalium non habebit, sed rector illius loci & parochiæ, ubi novalia facta sunt ad quem de jure communi decimæ spectant, ut est in signis tex. in c. *cum contingat*, de *decim.* & ibi not. gloss & Doct. Rebus d. q. 14. num. 9. Covar. d. c. 17. nu. 13. hanc decisionem late probant; potissima illa ratio est 80 quia sine possessione † non est præscriptio, c. *sine possessione*, de *reg. jur.* in 6. c. *auditis*, de *prescript.* l. 1. §. *si quis* hoc interdictio ff. de *itin. act. priv.* & l. *sine possessione* ff. de *usufructu*

81 *usucap.* & præscriptio † odiosa est, atque adeo strictè interpretanda, c. *odia*, de *reg. juris*, in 6. gloss. *communiter approbata*, ut ibi restatur Abb. d. c. *cum contingat*

Quare non obstat c. *ex parte*, il. 3. de *decim.* per quod supra in tertia conclusione probavimus, privilegium ecclesiasticis concessum de percipiendis decimis ad novalia extendi; illud etenim procedit in privilegio & bene

& beneficio, quod benigne est † interpretandum, ut 82
supra ex cap. pastoralis, de donat. aliisque juribus admo-
nuimus, & in hac specie notavit Covar. d. nu. 13. Idem
 est in consuetudine; nam si quis ex consuetudine an- 83
 tiquas percipiat decimas, tamen † novalia quæ in eo
 territorio fiunt, non habebit, ut post Host. & alios, d. c.
cum contingat, late resolvit Rebuf. d. q. 14. n. 16.

Declarabis tamen, hanc conclusionem non proce-
 dere; Primo, ubi præscriptæ fuerint decimæ, † in una 84
 parte fundi, & postea fiat novalis alia pars fundi, is e-
 nim qui in parte præscribit decimas, in hac quoq; no-
 vali parte habebit, cum præscriptio partis indivisibilis
 ad totum extendatur, *optimus tex. c. cum in tua, de de-*
cim. & ita in hac specie tenet Brun. in tract. de augmen-
concl. 17. in princ. Rebuf. d. q. 14. n. 20. & consuluit Abb.
concl. 71. volum. 2. per totum, ubi eum videas. Et hoc
 procedit, dummodo appareat unum esse prædium, vel
 per limites & clausuram, vel quia uno pretio emptum
 alias secus, ut optime idem Rebuf. tradit, d. q. num. 21. &
Abb. d. cons. ad fin.

Secundo declara, non procedere, † quando novalia 85
 ipsa quis possedisset per tempus immemorabile; eodem
 enim tempore † præscribi possunt decimæ novalis, 86
 quo veteres. *Doct. d. c. cum contingat, & in c. 1. de pra-*
script. in 6. sic consuluit Bertrand. cons. 184. col. 1. vol. 2.
juxta primam editionem antiquam, tradit Rebuf. d. q.
14. n. 17. imo † si de hujusmodi novalibus haberet titu- 87
 lum aliquem coloratum, tunc quadraginta anni suffi-
 cerent ad præscribendum, sicut & in aliis decimis, ut
 post Fel. & alios, in c. de quarta, de præscript. resolvit Re-
 buf. d. q. 14. num. 17. Sed quomodo præscribere poterit
 sine possessione, † quæ in novalibus videtur admitti 88
 non posse, *juxta supradicta & tradita per eundem Re-*
buf. d. q. 14. num. 10. Responderi potest primo, intelli-
 gendum esse id, vel de novalibus improprie sumtis, de
 quibus in sequenti declaratione, vel de novalibus, ex
 quibus aliquid, licet modicum, perciperetur, *juxta c.*
quid per novale, de verb. sign. Secundo potuisse aliquem,

ejusque prædecessores sæpius supra hominum memori-
 am percepisse decimas ex multis novalibus, seu eo-
 rum partibus, quando fiebant; unde præscriptio ha-
 juvare poterit ad percipiendum in aliis partibus eju-
 dem prædii, vel loci.

- 89 Tertio declara, † secus esse in novalibus improprie
 hoc est, in quibus, vel de novo arbores plantantur, vel
 alia feruntur, ab iis, de quibus decimæ solvebantur, et
 tunc præscribenti, de iis quoque decimæ solvendæ
 runt, ut post Paris. cons. 73. lib. 4. Ruin. cons. 163. volum.
 5. Anchar. d. c. cum contingat. in fine, & alios late tra-
 dunt Rebus. d. q. 14. nu. 18. 19. & 22. Covar. d. cap. 17.
 13. textus apertus, d. c. cum in tua, de decim. Atq; hæc
 hoc capite dicta sufficiant.

S U M M Æ R E R U M.

- 1 Decimasolvere omnes tenentur regulariter.
- 2 Colonus, & dominus unam decimam solvunt de fructibus.
- 3 Clerici tenentur ad decimas reales de bonis patrimonialibus Idem quoad decimas personales. num. 4. quod tamen forte non habet locum in sacerdotibus, qui divina ministrant. n. 5.
- 6 Beneficiati tenentur de prædiis ecclesiasticisolvere decimas parochiæ, intra cujus fines sita sunt prædialia ex magis communi; & si ve prædialia illa sint ad alia, si ve non. nu. 7.
- 8 Rectores ecclesiarum, neq; alii clerici tenentur decimasolvere aliis, qui superiores non sint, de decimis, quas ipsi percipiunt.
- 9 Prælati tenentur ad decimas prædiales, & personales.
- 10 Cisterciensis, Templarii, & Hospitalarii non tenenturolvere decimas prædiorum suorum, qua propriis manibus aut sumibus excolunt. Secus si prædium conductus. num. 11. Item secus in prædium acquisitus post Concil. generale Lateranen. n. 12.

Et quid si acquirantur pro novis monasteriis adificandis. nu. 13.

- 14 Religiosi omnes decimas non solvunt de nutrimentis animalium, hoc est, de animalibus, qua ipsi nutriunt: item de hortis suis.
- 15 Religiosi decimas solvunt de animalibus, qua alii tradunt nutrienda. Item de hortis, quos alii tradunt colendos. num. 16. aut si eorum olera venderent. n. 17.
- 18 Religiosi omnes regulariter tenentur de pradiis acquisitis, & acquirendis integras decimas solvere ecclesiis parochialibus, quibus erant decimales.
- 19 Religiosi non solventes decimas ecclesiis debitas, aut prohibentes eas solvi, & alia huiusmodi facientes, quibus poenus afficiantur.
- 20 Papa non tenetur decimas solvere, sed alii imponit.
- 21 Decima in nova lege precepta sunt ad similitudinem decimarum veteris legis.
- 22 Decima quedam est, qua offertur Deo per jejunium, & poenitentiam.
- 23 Episcopus pro mensa saltem Episcopali non tenetur solvere decimas, nisi summo Pontifici. De patrimonialibus tamen, & aliis beneficiis ecclesiasticis tenetur. n. 24. Item secus si bona mensa in alium transferantur. nu. 25.
- 26 Reges, & Principes tenentur ad solutionem decimarum tam pradiarium, quam personalium; eas tamen forte non tenentur solvere nisi Episcopo. num. 27.
- 28 Pauperes tenentur decimas solvere, & num. seqq.
- 29 Paupertatis pretextu aliena tenere, vel peccare non licet.
- 30 Pauperes tenentur solvere decimas de suis elemosynis: poterunt tamen unum pro alio solvere. nu. 31. Item non tenerentur solvere, si essent in extrema necessitate; aut cogerentur omnia vendere, & mendicare, si integram decimam solvere vellent, quam longo tempore non solvissent. n. 32.

- 33 Leprosi tenentur ad decimas, si colunt agros, aut vineas; vel si vivunt per se in domibus suis. 54 Pr
- 34 Heremita, & alii observantes regulam S. S. Domitiani, vel Francisci, si vivant per se, tenentur ad decimas de agris, & vineis, quas colunt. 55 Pr
- 35 Leprosi, Heremita, & alii huiusmodi, si simul in una domo vivant, non tenentur ad decimas de hereditatibus suis in circuitu domus, neque de animalibus suis ibidem pascentibus, seu eorum nutrimentis. 57 Iu
- 36 Iudaei de terris, quas colunt, decimas solvere tenentur. Idem in infideli & haeretico. n. 37. Idem etiam in decimis personalibus. n. 38. 58 Sp
- 39 Imperator, aut alius laicus non potest laicis concedere immunitatem à solutione decimarum. 59 Iu
- 40 Episcopus non potest alicui concedere per viam privilegii immunitatem à solutione decimarum. 62 Iu
- 41 Decima sunt à Papa ecclesis assignata.
- 42 Ecclesia antiquitus constituta decimis privari non debent. 63 Iu
- 43 Episcopus non potest dispensare contra Concilium generale, aut canones. 64 I
- 44 Episcopus potest ex causa remittere decimas suam mensuram debitas. 66 L
- 45 Episcopus potest interponere decretum, & consensum in compositione super solutione decimarum. 67 C
- 46 Papa potest aliquibus etiam laicis privilegio concedere immunitatem à solutione decimarum. 68 D
- 47 Ius divinum, & naturale indispensabile est & immutabile, & num. 52.
- 48 Papa non potest tollere ius divinum; potest tamen interpretari. nu. 49. non vero limitare, maxime in spiritualibus. 69 A
- 51 Princeps non potest aliquid statuere contra ius naturale in damnum maxime alicuius. 70 P
- 52 Dispensari non potest contra ius naturale, aut divinum. 71 L
- 53 Immunitas à solutione decimarum cur possit per Papam laicis concedi. 54 Pr

- 54 Præceptum decimarum non potest in totum tolli à Christiana Rep. & ibidem de ratione.
- 55 Privilegium concessum de non solvendis decimis, non extenditur ad eas, in quarum possessione est is, cui de jure competunt decime; secus si possessio sit apud eos, quibus de jure speciali competunt. num. 56.
- 57 Ius decimandi tamquam spirituale laicus non competit, ejusq; sunt incapaces.
- 58 Spirituale quibus modis quid dicatur.
- 59 Ius decimandi regulariter non potest ab Episcopo laicis concedi, potest tamen aliis ecclesiis cum aliqua causa. num. 60. imo & laicis ex iustissima causa, poterunt ad vitam, aliudve tempus concedi fructus decimarum. num. 61.
- 60 Ius decimandi, seu potius commoditas decimarum potest ab Episcopo laicis concedi in vim alienationis cum causa cognitione, & consensu ejus, de cuius interesse agitur.
- 61 Intellectus cap. 2. de his quæ fi. à Prælat.
- 62 Laici possunt decimas titulo conductionis percipere, & quasi possidere, quibus etiam locari possunt ad vitam eorum accedente maxime superioris auctoritate. nu. 65.
- 63 Laici licite possident decimas sibi ante Concilium Later. non autem postea concessas.
- 64 Concilium Lateran. de quo in cap. quamvis, & c. prohibeamus, de decim. quodnam fuerit.
- 65 Decima non possunt laicis concedi in emphyteusim, saltem post Concilium Lateranense.
- 66 Argumentum à feudo ad emphyteusim valet.
- 67 Pignori non possunt decime à laicis ipsis quoq; ecclesiis, nisi ad eas ea decime pertinerent.
- 68 Laici obtinentes decimas in feudum ante Lateran. Conc. possunt eas de consensu Episcopi in ecclesiam transferre. In alios vero laicos feudi titulo transmittere non poterunt. num. 72. idq; procedit etiam in iis decimis, quæ feudo extincto redeunt ad ecclesiam. num. 73.

- 74 Titulus ante Concil. Lateranen. probatur ex possessione immemorabili decimarum cum fama iurismodi tituli, & concessionis, neque aliqua instituta requiritur. 93
- 75 Immemorabilis praescriptio idem est cum centenaria ex magis communi. 95
- 76 Immemorabilis possessio quomodo probetur.
- 77 Testes deponentes de immemoriali praescriptione, & possessione debent esse memores 40. annorum. 97
- 78 Memoriam extare in contrarium potest probari per testes, & per instrumenta.
- 79 Perceptio, & possessio decimarum probari potest per testes singulares. 99
- 80 Possessio probari potest per testes singulares. 100
- 81 Locus, & tempus in decimis non est de substantia actus.
- 82 Laici iure percipiendi decimas spoliati, & agentes interdicto recuperanda an sint ante omnia restituendi. 102
- 83 Ius decimas percipiendi potest per Papam Principem vel alteri laico concedi ex causa. 103
- 84 Privilegiatus, ut exigat decimas, tenetur congruam portionem ex iis assignare ecclesiae parochiali. 105
- 85 Consuetudo differt a praescriptione. & in quibus.
- 86 Consuetudo quid sit. 106
- 87 Consuetudo circa quantitatem decimae plurimum potest, & attendenda est, tam in praedialibus quam in personalibus decimis. 107
- 88 Consuetudo, etiam qua contra ius est, non requirit scientiam, aut approbationem Principis.
- 89 Quota decimae cur diminui possit per consuetudinem. 109
- 90 Consuetudo quantumcunque longa nullas decimas aut quid aliud solvendi ministris ecclesiae indigentibus non excusat a peccato, nec valet. 111
- 91 Ministrorum ecclesiae sustentatio est de iure divini & naturali.
- 92 Personales decimae iure tantum humana inducuntur. 112

sunt. & praecepta post evangelicam legem, & consuetudine tolli possant.

- 93 Consuetudo, ut decima etiam mixta de minutis non solvantur, valet. Idem in decimis ex certis rebus. num. 94.
- 95 Consuetudo, ut de praediis ecclesiasticis decima non solvatur, valet. Imo forte idem erit in praediis patrimonialibus clericorum. num. 96.
- 97 Consuetudo potest inducere, ut decima uni ecclesiae debita alteri solvantur: secus in praediis, quae proxima sunt limitibus. num. 98.
- 99 Confines praescribi non possunt.
- 100 Consuetudo solvendi decimas maxime attendi debet, ubi dubium est, ad quam ecclesiam ea spectent, sufficientque decem anni ad eam inducendam. num. 101.
- 102 Consuetudo praeter ius inducitur spatio decem annorum.
- 103 Consuetudo observanda circa solutionem decimarum regulariter requiritur, & sufficit, ut sit 40. annorum: neque exigitur titulus. num. 104.
- 105 Praescribere possunt laici exemptionem à solutione decimarum etiam in totum, ubi tamen possit parochus commode sustentari.
- 106 Clericus, & ecclesia possunt praescribere exemptionem à tota decima.
- 107 Clericus, & ecclesia possunt per praescriptionem acquirere etiam totam decimam in aliena parochia: idque etiam si ipsi non habeant parochiam. num. 108.
- 109 Praescriptio decima unius rei non extenditur ad aliam rem etiam ejusdem fundi: neque de decimis antiquis ad nova. num. 110. neque de persona ad personam. num. 111.
- 112 Praescriptio immunitatis, & juris decimandi regulariter requirit vel spatium quadraginta annorum cum titulo, vel tempus immemorabile etiam sine titulo.

- 113 Ecclesia, vel ecclesiastica persona habens donationem decimarum à laico, non potest eas prescribere etiam tempore immemorabili.
- 114 Laicus tempore etiam immemorabili non potest prescribere jus decimandi.
- 115 Incapaces alicujus juris non possunt illud prescribere etiam per tempus immemorabile.
- 116 Prescriptio immemorialis vim habet privilegii secus tamen ubi adest incapacitas in possidente. num. 117.
- 118 Laicus tutus erit prescriptione immemoriali decimarum accedente fama privilegii.
- 119 Compositio inter personas ecclesiasticas, ut decima uni ecclesie debita alteri solvantur, valet; dum tamen accedat causa cognitio, decretum, & consensus Episcopi. num. 120. aut etiam Vicarii. numero 121.
- 122 Compositio, quod decima laicis solvantur, nisi ad tempus, & justa de causa non valet.
- 123 Compositio inter clericos, ut minus decima, aut de aliquibus non solvatur, valet; imo etiam ea valebit inter clericos, & laicos. nu. 124. multo vero magis ubi approbata sit à Papa, vel fiat circa modum solutionis. nu. 125.
- 126 Compositio, ut perpetua sit, & obliget successorem, debet fieri cum auctoritate superioris.
- 127 Intellectus cap. veniens, de transact.
- 128 Transactio, & compositio super decimis prateritis fieri potest sine consensu superioris.
- 129 Transactio de decimis futuris non solvendis fieri potest cum assensu superioris, si pro decimis compensetur ecclesie in aliis, etiam dando aliquid temporale, puta pradium. num. 130.
- 131 Episcopales decima quae sint, remissive.
- 132 Remissio decimarum Episcopaliū valet, & est large interpretanda; extenditurq; ad pradia acquirenda, dummodo fiat juxta canonicas sanctiones. num. 133.

- 134 *Ecclesia, cui de jure communi non debentur decima potest ea remittere alteri ecclesie.*
- 135 *Remittere potest ecclesia parochialis decimas sibi de jure communi debitas cum assensu summi Pontificis. An vero cum solo assensu Episcopi. n. 136.*

CAP. V.

Quinam teneantur ad solutionem Decimarum, veletiam ab ea excusentur.

QUÆRO PRIMO, *An omnes tam laici, quam Clerici, & religiosi teneantur ad decimarum solutionem?*

PRIMA CONCLUSIO. Regulariter omnes † tenentur decimas solvere; *tex. est in c. decima, 16. q. 1. c. tua, il. 2. seu tua nobis, de decim. melior in c. à nobis, eod. tit. ubi gloss. & Doct. not. Rebuf. d. tract. q. 5. n. 1. & 2. Hisp. reg. 10. q. 11. num. 1. Quamvis autem † tam dominus, 2. quam colonus partiarius, qui fruges domino solvit, ad decimam teneantur, c. à nobis, & c. tua nobis, ubi gloss. & Dd. de decim. ad unam tamen dumtaxat inter utrumque dividendam tenentur, ut patet ex d. c. tua nobis, ibi, sicut colonus de parte fructuum, que sibi remanet, & c. ubi id not. gl. Host. & alii. Quomodo autem eam inter se dividant, dicam inf. cap. 6. q. 4. concl. 5.*

SECUNDA CONCLUSIO. Clerici etiam tenentur decimas solvere † de bonis patrimonialibus sitis in propria, vel aliena parochia, ut voluit gl. 1. in c. novum genus, quam sequuntur communiter Doct. ut testatur Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 8. vers. Primum hinc constat, quam etiam sequitur D. Thom. 2. 2. q. 87. art. 4. Sot. lib. 9. de just. & jure, q. 4. art. 4. optimus tex. in d. c. novum genus, & in c. si quis laicus, 16. q. 1. Quoad † personales vero tex. est secundum Rebuf. d. tract. q. 5. num. 6. & in d. c. novum genus ubi Abb. & Innoc. idem Host. & alii communiter, in c. veniens, de transact. Idem vero Rebuf. num. 9. per eundem tex. dicit † sacerdotes, ex eo, quia

quia